

exutus animi mœrore, & lætatus con-
 tra, me meaq; à Barnero contemni.
 Recordabar præterea, quàm fuerit pro-
 clive semper Barnero nostro; Clarissi-
 morum virorum, tum hic Hamburgi,
 tum in aliis locis commemorantium co-
 natus, despiciere, ridere, ut parum
 abesse, quin se oraculum crederet,
 ad quod omnibus naturalium rerum
 studiosis sciscitatum confugiendum
 esset. Quod certe ex odio quodam pro-
 fectum de ipso iudicium videri posset,
 nisi Barnerus ipsemet expressis verbis
 idem de se testaretur, cum inter alia fal-
 sissimè & arrogantissime dicta ita. P. 6.
*Certe ea præstiti, cui impares esse vidi
 multos alios ut ut summi nominis. Ar-
 tem illam qua puri ab impuro separatrix
 est, ex causis tradidi primus, grandi opere or-
 mnem Medicinæ historiàm, à primis seculis in
 hunc usq; textum^(u) idem, ad normam circulati-
 onis sanguinis filum omne per textum^(u) i, ut si
 quod habet Willisius, his fulcimentis totum
 iatrices ædificium ac novis instaurari de-
 beat columnis, certe potior ego eorum sim,
 qui manus huic operi adhibuerunt. Pari*